

P V I S

1 6. 1 8





ORATIONES

- I. D. Pelargi de Libro Vita Mystico.
- II. Salomonis Frencelii de Jesu Christo Redivivo.
- III. Georgii Czusii Descriptio Holsaticae seu Cimbrica Arvis.
- IV. Bernhartini Bonifacii Miscellanea Hymnorum &c.
- V. Abrahami Sculteti Concio Secularis.
- VI. M. Caspari Bucheri Actus Oratorius.
- VII. Actus Inauguralis introductis in Gymnasium Gothense Rectoris.
- VIII. M. Thomae Sagittarii Orationes Duae.
- IX. M. Laubani Oratio de Disciplina Scholastica.
- X. M. Bucheri Oratio de Sapientia Patris Dno.
- XI. Francisci Schwabii Oratio de Ebrietate et Temperantia.
- XII. Justi Lipsii Oratio de Obitu Johannis Wilhelmi Ducis Saxoniae.
- XIII. M. Erasmi Schmidt Oratio memoriae Laubmanni habita.
- XIV. M. Benedicti Anthonij Oratio Exequialis manib. Johannis Bernharti.
- XV. Programma in funere Pauli Rudigeri propositum.
- XVI. Programma sub funus Francisci Parovii propositum.
- XVII. Programma de Doctoratu Quatuor Theologorum.
- XVIII. Syllabus Lectionum Gymnasii in valle Joachimica.
- XIX. Syllabus Lectionum Gymnasii in valle Joachimica.
- XX. Henrici Kitzschii Specimen Oratorium.
- XXI. Henrici Kitzschii Discursus Gemialis.
- XXII. Henrici Kitzschii Centuria Symbolon Chronologica.
- XXIII. De Stella Peregrina.
- XXIV. M. Bernhart de Parelius

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECAE ACAD. FRIDERICIANAE  
TESTAMENTO RELICTIS.

Lib. 1.



DISCURSUS GENIALIS,  
DE  
DIGNITATE, ANTI-

quitate & jocunditate vitæ conjugalis: cujus societas  
quemadmodum inter subditos voluntaria; ita inter Principes ma-  
ximè necessaria, reiç publicæ adminicularis esse videtur.

*Cælibatui oppositus*

ET

*Illustrissimo, Celsissimoq; Principi ac Domino, Dn. GEORGIO RU-  
DOLPHO: Duci Silesiæ Lygio-Bregensi Sponso Florentissimo,  
Sagacissimo,*

Stabili connubio sibi jungenti propriamq; dicanti  
Illustrissimi generis Illustrissimam Heroïnâ Dn. Dn.  
SOPHIAM-ELISABETHAM: Principissam Anhal-  
dinam: Comitissam Ascaniensem: Dominam Bern-  
burgensem & Servedanam, &c.

Sponsam lectissimam, ingeniosissimam,

*Oratione prorisa in inçlyta Halcyonia Dessana,  
pro re nata, adornatus, consecratus*

ab

M. HEINRICO KITSCHIO Lipsigenâ, pro  
tempore Biblioth. aulico & Illustris Soraborum Athenæi p.p.


*Nascitur infelix per quem non nascitur alter,  
Vivit & infelix per quem non vivit & alter.*

L I P S I Æ

Anno Epochæ Christianæ:

Georgivs RVDolph & Sophia ELIsabeth, HImenæos  
parant. (1614.)









Illustrissimo, Celsissimo Principi ac Domino,  
Domino

GEORGIO RVDOL-  
PHO, DUCI IN SILESIO  
LYGIO-BRAEGENSI, &c.

Sponso augustissimo;

*Nec non inclytæ Heroinæ Dn.*

Dn. SOPHIÆ-ELISABETHÆ,  
Principissæ ad Anhalt. Comitissæ oræ Ascaniæ, &c.  
Sponsæ elegantissimæ.

*Divina faventia, volentia, lubentia,  
& bonorum omnium faustissima,  
apprecatione matrimonii fœdus  
feliciter ineuntibus,*

Dnn. meis clementissimis &  
perbenignis perpetuam fe-  
licitatem & prosperum re-  
rum successum à Τρισμεγίστω  
precor

*Αυτορ χαίρων τοις χαίρασι εν κυρίω*

DOMINVS Iehova Ceptls aspret.

A 2

DIS-





*Discursus Genialis.*

DE DIGNITATE,  
ANTIQUITATE ET IOCUNDI-  
tate vitæ conjugalis

*Eulogium  
vita conju-  
galis.*



Nter omnes vitæ hujus societates & amicitias, arctissimo vinculo ceu glutine quodam copulatas, maximè secundum naturam est mariti & uxoris

*συνβίωσις.* Nam cæterarum quidem societatum causa voluntas: hujus & voluntas & necessitas est. Ubi enim invenias hodiè in terris leonem adeò sævum, serpentem adeò venentum, viperam adeò diram, pantheram ita truculentam, bestiam tam solitariam, quin semel saltem quotannis inter se mas & femina congregiantur? *Brutis enim, etsi ratio deest, tamen à natura est tributus conjunctionis generisq; per procreationem conservandi appetitus & adfectus,* autore Tullio. *Nulla est aut fuit unquam sanctior quàm viri cū muliere* (a) *συνβίωσις.* Immo (b) *vita nostra per*

*Occupatio.*

*a cohabitatio.*

*Plutarch.*

*b Digressio*

*l. 1, Offic.*

con-





*conjugia continetur. Theophylactus in cap. 1. ad Ephes. Et verò prima societas est in conjugio: proxima in liberis: id principium est urbis & seminarium reipub. Cicero loco paulò antè adducto*

*Est autem de sententia S. L. matrimonij sacramento ab orbe condito nihil antiquius. Quo enim die vir creatus est, eodem nuptias in (c) paradiso (terrestri) cum uxore celebrando consummavit. Eva vitæ sotia.*

*(c) Franciscus Vallesius in sacra Philosoph, pag 19. & Benedict. Arias Montanus de creat. prim hom.*

*Sunt autem sex bona, viro post susceptum matrimonij jugum, expectanda infallibiliter.*

*I Est liberorum successio. Nam, secundùm Pythagoram, quando pater ex hac vita discedens filium heredem in domo sua relinquit, non moritur senex, sed in puero re-  
puerascit, cum & carnis & opum & memoria filius paternæ hereditatem cernat. Scitum est & illud diverbium: Odorem Odorum panem: saporem saporum salem: amorem amorum FILIOS. Vide sched regiam nostram, p. 105.*

*Sacrarum  
literarum  
testimoniū.  
Protoplastes  
Deus.*

*Prot-plastes  
primus ho-  
mo.*

*Bonum cō-  
iugij sex-  
tuplex.*

*Liberorum  
successio.*



Scortationis  
declinatio.

II. Est evitatio SCORTATIONIS, quod crimen ne utiquam parvi fiat. *Adulteri enim & scortatores non tantum, secundum religionis Christianæ edictum longè maximum, inter peccatores cooptantur; verum etiam apud gentiles infames habiti sunt: filij autem ex adulterio nati, ut cum peccato procreantur; sic cum molestia educantur. Et nothi nec in bellis fortes, nec in fide stabiles, nec honorabiles hominibus, nec Deo amabiles extiterunt unquam, sicut Bonifacius, Malefacius veriùs, P. M. dixisse perhibetur, referente P. Gieg. Tholosano l. 14. reip.*

Ab exem-  
plis.

ἀνδράποδοι

Solon Salaminius Atheniensium νόμοις præcepit ut omnes essent maritati & scortationes abhorrent hac constituta pœna, ut filius illegitimo toro natus mancipium esset civitatis publicum.

Sic Romani XII. tabularum L. L. sanxerunt, statuentes, ne paternorum bonorum hæredes essent spurij. Æschines Athenis extorris, Rhodum ventitans, nulla in re magis enisus est, quàm ut persuaderet Rhodiis, ut uxori-

ribus



ribus ductis concubinarum consuetudinem fugitarent. Et Cicero autor est, M. Portium Catonem, cum esset princeps Senatus, non permisisse, ut Equitum Magister crearetur. Rufus ipsius avunculus, licet honorem illum Senatus ei decrevisset, cum gratiam fortitudine collectam (*verba auctoris*) concubinato illū effundere dicitaret: neq; suo se suffragio præfecturam militarem ulli unquam daturum, nisi qui legitimam haberet uxorem. Sic quod fuit olim legis obsequium; nunc est infirmitatis remedium. *Augustin. in cap. 7. ep. 1. ad Corinth.*

III. Est laudabilis & jocunda inter conjugatos consociatio. Philosophi hominem definiētes, animal esse dicebant *κοινωνικόν, φιλοσοφόν, συμβιαστικόν, καὶ γελαστικόν, φύσει ἀμετάβολον.* Unde homo secessu ac solitudine impendiō gaudens moroso ingenio esse dicitur, *δυσεργὸς καὶ ἀπρόσιτος.* Naturam autem & ingenium mansuetum (*πᾶσι q. d. manu adsuefactum*) in homine exoptamus: in animantibus commendamus. Iumento enim calcitroso & homini intractabili (*τηλεροτέραχηλον* Græcis, *dura cervicis monitis asper* Horatio.) quidquid pabuli datur,

*Suavitas  
conjugalis  
fœderis.*

*Ἐτέραςπελον*



*Latentes  
Musica nul-  
la utilitas  
Absconditi  
thesauri  
nullus fru-  
ctus.*

(a)  
pantoffel  
holz.  
Hinc pro-  
verb. sube-  
re levior, de  
homine ma-  
ximè incon-  
stanti.

(b)  
l. 2, Epig. 64.

Thosor.  
polit. p. 238

datum, malè perit. Homo austerus, <sup>et uoluptatis,</sup> so-  
livagus, omnis congressus & societatis osor,  
quid populo prodeat? Si enim singuli domi  
sue inclusi latent, brevis in præceptis iuat & in-  
teritet planè respublica oportet. Hæc adver-  
sus cœlibes & Erraticos diuigatur parænesis,  
qui nullum amplecti certum vitæ genus, qua-  
dragesimum aut quinquagesimum etiam an-  
num excedentes, abhorrent a veni omnimo-  
do à conjugis, ut tota eorum vita in vitiis vo-  
luteretur. Turpe ac probrosum his, qui nul-  
lum deliberationi conjugali finem imponunt,  
sed ut (a) suber fluminis; sic ipsi Libidinis im-  
petum quolibet sequuntur. Non ergò sumus  
ij, quorum animus vagetur errore, neque su-  
beat unquam quid sequatur: Veniat illis in-  
mentem quid Martialis (b) pronunciavit gra-  
viter:

*Dum, quis sis, dubitas, jam potes esse nihil.*

Optima vivendi ratio est eligenda: eam  
consuetudo jocundam reddet. Cic. ad He-  
renn. l. 4. ex recensione Nascimbanij. Nec  
Itali ab hac sententia alieni plenis buccis jacti-  
tant: *Chi non da fine al pensare: non da prin-  
cipio al fare.*



IV. Maritorum dignitas à Legislatoribus longa amorum serie confirmata. Multæ pri-  
 sco ævo & diversæ in honorem conjugij latae  
 sunt leges. Nam Phoroneus Ægyptiorum <sup>νομο-</sup>  
 Φύλαξ, gravi constituta pœna interminavit, *ne*  
*quis cælebs ulli præficeretur in republica mu-*  
*neri, quod eum, qui domum suam regere*  
*non posset, male rempublicam gubernatu-*  
*rum diceret.* Solonis autoritate provisum,  
 ut sponte uxores ducerent, imprimis belli Du-  
 ces & Præfecti viris effeminatis (concubinari-  
 is) raras aut planè nullas conceti à Diis victo-  
 rias, *Cal. Rhodigin. l. 28. c. 24. antiq. lect.*

V. Honos viris habitus. Lycurgus Lace-  
 dæmonius, templorum Sacerdotes & Antisti-  
 tes in matrimonio omninò esse noluit: mari-  
 terum enim sacrificia Diis acceptiora esse quæ  
 cælibum asseverabat. Ioan. Pierius Valerianus *Adversus*  
*Sacerdotum*  
*calibatium.*  
*in tractat. de barba Sacerdotum p. 11.* Plu-  
 tarchus *lib. de conjugij laud.* autor est, Sacer-  
 dotes Romanos (maritos) non permisisse, ut  
 juvenes nondum mariti templa occuparent se-  
 dendo, sed puellas innuptas (viris intempe-  
 stivas) ante portas orasse, juvenes ac viduos



genibus nixos precatos esse: solis verò maritis licitum, ut inclinati aut sedentes vota facerent, Plinius II. in epist. ad Fabatum profocerum, commemorat, Augustum Imp. in more habuisse, ut neque juveni calibi sella poneretur, neque maritus stans peroraret. Et iterum Plutarchus lib. de laud. mulier. dicit: *Cum plures essent Corinthi Concupinarij quàm mariti, promulgatam esse legem, ut viri & femina matrimonij expertes, sepulturà post mortem carerent.* Sed non omnes capiunt verbum hoc, & instructi bene à dono continentiae legibus hisce non tenentur.

*Si non castè  
saltem cau-  
tè,*

*a in reb. ad-  
versis.*

V.I. Uxor virtute præstans. *Generosa enim & fida uxor molestias viro (a) cui dux uxoris abstergit, & obsequia præstat, quibus refocilletur.* Certè quando uxor virtute ornata & maritus cordatus est, vera ambos caritate devinciri consentaneum est. Cum enim omnem à se uterque segregent suspicionem, & pignora habeant communia, fieri non potest, quin inter se concordissimè viventes degant. Equidem, *πῆρ α* suffultus, affirmare ausim, ubi pulcrè inter maritum & uxorem convenit, non tantum bo-

nos



nos conjuges dici, sed & sanctos homines appellari convenienter posse. Sunt enim tanta conjugij onera, ut sustineri ac tolerari citra grande meritum non possint. Contrarium verò in iis adparet & in omnium quasi oculos incurrit, qui infeliciter conjugati sunt, quod non sanctorum consortium, sed dæmonum contubernium verissimè indigitaveris, Iohan. Nevizan. in sylva nuptial. p. 205. *Uxor enim viro improbo nupta dæmonem se domi habere existimet: Et maritus cui malè morata uxor obtigit, ipsum se orcum intra lares suos habere ducat.*

FURIIS TARTAREIS peiores esse autumo feminas malas, cùm apud inferos illæ malos tantùm torquenda discrucient: hæ verò sui nesciæ habere modum, indomitæ & efferæ bonos juxta ac malos excarnificent. Hûc accersantur ex classicorum autorum viridariis hinc inde depromptæ sententiæ: *Mulier aut est perpetuale refugium, aut perenne tormentum.* Fulgent. mythol p. 79. *Malè nuptis domi & foris agrè quod fit satis super est.* Plautus Casina. *Qui uxoris tulerit improbita-*

Malus mi-  
lier.  
Böse Latein





*tem, mercedem magnam à Deo expectet.*  
*Volaterr. ex Chrysoft. lib. 15. anthropologia.*

Licet honesta & utilis sit copula maritalis, angustia tamen quam læticiae fecundior est, *Joan. Sarisberiensis l. 8. c. 11. de nugis curial.* Immo vitium uxoris aut est ferendum, aut tollendum: si fers commodiorem illam praestas: si tollis, acerbiorẽ habebis, de sententia Catonis apud Gellium, *ex edit. nupera Geneva. anni currentis M. DC, XIV.*

Corollarij vicem præstet *συμπέρασμα* memori figendum mente: Inter virum & uxorem feliciter conjugatos verum stabilemq; esse amorem statuo, neq; præter illos alios ullos perfectos perpetuosq; amicos dicendos. Cæteri enim amici & propinqui si nos jam amant, paullo momento post oderunt: Si præsentis diligunt, contemnunt absentes: si benefactis nos demulcent, malefactis lædunt: denique in secundis nos rebus depereunt, in adversis, seu mavis dubiis ludificantur & deserunt, quod inter fidos & generosos conjuges minimè fit: illi enim inter se domi forisque in prosperis & adversis: in divitiis & egestate: absentes præsentis, lætitiã exultantes & mœrore affecti, præ-

sen-



sentibus testibus, ut cum Plauto loquar, amāt.  
 Quod si non faciunt, facere certè debent. Ita  
 enim virum erga uxorem, & hanc erga virum,  
 animatam esse decet, ut si calces alter rigidas  
 dolet, id in tenerrimis alter visceribus (*ut ita  
 loquar*) persentiscat, M. Anton. Guevarra *lib.*  
*2. horol. princip. c. 1.*

Adstruitur hoc testimoniis veterum, cum  
 in græca tum latina historia: ἀλλήλοισι χέεσθε καὶ  
 ἄλλα ἢ πόδες ἔσμεν συζυγίη, ex Nazianzeno theo-  
 philestato. Rittershusius ad oppian. p. 317 &  
 Stobæus *sermon. 73. ex Euripidei μὲν Ἰνφρα* his  
 Corn. Tacitus lib. 12. anal. in hæc verba scri-  
 bit: *Quod honestius levamen quam assume-  
 re conjugem prosperis dubiisque sociam?*

Claudo nunc rivos, sat enim prata bibe-  
 runt, ut ex Maronis huc accommodatis verbis  
 hanc nostram πραγματείαν γαμικὴν finiendo ab-  
 solvam.

Quod igitur felix faustumque sit inclyto  
 Elyfio-Bregensi ducatus, tibi que, princeps il-  
 lustrissime, sponse florentissime, maxime sa-  
 lutare, in votis hoc unicè habeo, ut familiam  
 tuam (a) Piastæam, unde genus ducis, regiam  
 ita virtute & robore exornes amplificando, jun-

*Apostrophe  
 ad Sponsū.*

*a à Piasto  
 primo rege  
 Polon. cri-  
 undam.*




Etâ tibi indivulsâ copulâ, stabiliq; matrimo-  
 nio addicta heroina illustrissimi generis, ex per-  
 vetusta gentis Ascaniæ familia, pietatis & vir-  
 tutis condecorata laude ad piam posteritatē  
 commemorabili, Domina SOPHIA-ELISA-  
 BETHA, patre prognata Dn. IOHANNE GE-  
 ORGIO, & matre domina DOROTHEA, illo  
 principe Anhaltino sapientissimo, optimo,  
 P. P. hac comite Mansfeldica & Heldrungen-  
 si, &c. ut hoc vestrum conjugium in nominis  
 divini autoritatem, & conservationem gene-  
 ris humani feliciter cedat, & subditorum inco-  
 lunitatem, nec non respectum: quorum, si  
 ullo unquam tempore, hoc maximè interest.  
 Ita voveo animitus: sit Ἐλὼν in polo & choro,  
 Ἐθὺμια in thoro, εἰρενὴ in solo & salo. Scripsi  
 Dessæ, a. d. 20. mensis Octob. Iuliani in Gre-  
 goriani.


*Anno*

Georgl Us RU DoLph sophlaM  
 ELIsabeth Deperlt.





















Jc 1253

ULB Halle 3  
001 852 930




sb.

VD 17


MC











XXI

DISCURSUS GENIALIS,  
DE  
DIGNITATE, ANTI-

quitate & jocunditate vitæ conjugalis: cujus societas quemadmodum inter subditos voluntaria; ita inter Principes maximè necessaria, reiç publicæ adminicularis esse videtur.

*Cælibatui oppositus*

ET

*Illustrissimo, Celsissimoq; Principi ac Domino, Dn. GEORGIO RUDOLPHO: Duci Silesiæ Lygio-Bregensi Sponso Florentissimo, Sagacissimo,*

Stabili connubio sibi jungenti propriamq; dicanti  
Illustrissimi generis Illustrissimam Heroinam Dn. Dn. SOPHIAM-ELISABETHAM: Principissam Anhaladinam: Comitissam Ascaniensem: Dominam Bernburgensem & Servestanam, &c.

Sponsam lectissimam, ingeniosissimam,

*Oratione prorsus in inclyta Halcyonia Dessana, pro re nata, adornatus, consecratus*

ab

M. HEINRICO KITSCHIO Lipsigenâ, pro tempore Biblioth. aulico & Illustris Soraborum Athenæi p. p.

*Nascitur infelix per quem non nascitur alter,  
Vivit & infelix per quem non vivit & alter.*

L I P S I Æ

Anno Epochæ Christianæ:

Georgi IVs RVDolph & Sophiæ ELIsabeth, HImenæos parant. (1614.)